

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3976

**Auteur(s) :** Philippe II Auguste, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Rouen, Saint-Ouen (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1190, octobre

**Lieu d'émission :** Paris

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Philippe [II], roi de France, confirme l'accord fait entre l'abbé et les moines de Saint-Ouen de Rouen et le prieur de Saint-Nicaise de Gasny, d'une part, et Guillaume de Guiry et ses fils, d'autre part, sur le village d'Issou.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Pommeraye Jean-François, *Histoire de l'abbaye royale de Saint-Ouen de Rouen*, Rouen, Lallemand, 1662, p. 430.
- b. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1051, p. 274.
- c. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 163.
- d. Berger Élie, Delaborde Henri-François, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 1, années du règne I à XV (1er novembre 1179-31 octobre 1194), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; V), 1916, n° 366, p. 449-450.

## Dissertation critique

Datation proposée par BELISLE/DELABORDE, Recueil des actes de PHilippe Auguste, t. I, p. 449, n° 366.

Texte établi d'après b

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod abbas et conventus Sancti Audoeni de Rotomago et prior Sancti Nigassii de Gaani habebant quamdam querelam adversus Willelmum de Givri et filios ejus, scilicet Willelmum et Ugonem, et tantum jam creverat predicta querela, quod ex utraque parte ad belli guagia perventum erat ; de illa tandem querela talem inter se pacem composuerunt, quod prescriptus abbas et prior Sancti Nigassii, ad cujus prioratum ista querela principaliter pertinebat, dederunt XV libras parisiensis monete predicto Willelmo et filiis ejus, ut ipsi quitarent illud unde querela vertebatur inter eos ; predictus autem Willelmus et filii ejus quitaverunt integre abbati et priori quicquid habebant dominicature in villa, que vulgo dicitur Icou, scilicet omnem viariam, et omnem justiciam, et tres modios vini de censiva, et omnes nummos quos habebant de omni reddito, et unam medietatem cujusdam torcularis. Ista vero concordia recitata fuit coram nostris burgensibus, Teobaldo scilicet Divite, Athone de Gravia, Ebroino Campsore, Roberto de Carnoto, et, ut vivaci teneatur memoria, scripto commendatur. Ut etiam ab inquietatione

omnis calumpnie defendatur, sigilli nostri auctoritate confirmatur, et regii nominis karactere inferius adnotato roboratur. Inde est quod nos prepositis nostris et etiam ballivis districte precipimus, ut ipsi istam pacem illibate faciant observari. Quod nisi fecerint, tam corpore quam possessione nostram merciam noverint incurrisse. Actum Parisius anno Verbi Incarnati M° C° XC°, regni nostri anno XI ; astantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt et signa, mense octobris : signum Teobaldi comitis, dapiferi nostri ; signum Guidonis buticularii ; signum Mathei camerarii ; signum Radulfi constabularii. Data vacante cancellaria.